



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**


Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Svper Flinspach.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldasio, Scapio-
 seu aliqua magna vel parua persona eundem iam dictum Ab-
 batem suosq; successores praescriptis rebus inquietare, molesta-
 re, vel disuestire praesumat. Si quis verò huius praescripti no-
 stri, quod absit, violator extiterit, sciat se compositurum auri
 optimi libras centum. Quod ut verius credatur, diligentiusq;
 ab omnibus obseruetur, hanc chartam inde conscriptam manu
 propria roborantes sigillisq; nostri impressione iussimus insigni-
 ri. Data VI. Cal. Febr. Indiç. II. Anno Dominica incarnationis
 MIV. Anno verò Domini Heinrichi II. Regis III. Actum
 in Alsteti. In DEI nomine feliciter Amen.



SUPER FLINSPACH

IN NOMINE SANCTAE
 & indiuiduae Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA FAVENTE III.
 clementia Rex.

Regalibus enim excellentia, decet maiestatem ratio-
 nalibus sibi à Domino supplicationibus misericor-
 diter concedere perpetrationem, quatenus eorum
 assiduis precibus & seculariter tràquilliterq; & a-
 ternaliter caelestis brauij diademate coronetur. Quocirca uni-
 uersalis fidelium nostrorum praesentium scilicet & futurorũ no-
 uerit industria, qualiter quidã venerabilis Godehardus Ab-
 bas, prouisor verò Althensis monasterij celsitudinẽ potentia
 nobis à Deo cõcessisse subiis, humiliter implorans, uti nos quan-
 dam villã Flinspach dictã, in pago Svveinichgouin sitã, &
 in Comitatu Ticmonis Comitis, olim prædicto monasterio suo
 I 2 pertinente,

pertinente dolore non paruo tactus perdere quod iuste visus est
 habere, debere, eò restituere dignaremur. Cuius nos condigna
 petitioni assentiendum fore existimantes, eandem iam dictam
 villam nostra regali traditione atq; pagina ad ante dictum S.
 Mauritij monasterium in Alaha constructum concedentes
 restituumus, restaurauimus, donauimus atq; firmissimè subscri-
 bentes eò consolidauimus ad edificandum, restaurandum, ma-
 ceriandum prefatum monasterium, cum alijs Ecclesijs, cano-
 nijsq; fratrum, quia ob hoc praedictus Abbas requisit, quo-
 niam terra are nosa est, maceriae q; utilis. Tradentes igitur in
 proprium S. Mauritio subscriptoq; Abbati nec non & suis suc-
 cessoribus, quicquid inter Winter & Hoffkirchen videtur
 iacere, vel etiam ad ante scriptum monasterium inibi respi-
 cere cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus terris, cul-
 tis vel incultis, vineis, vinetis, molendinis, vijs, inuis, adificijs,
 exitibus & reditibus, syluis, venationibus, pratis, pascuis, com-
 pascuis, siue apium pascuis, aquis, aquarumue decursibus, pesca-
 tionibus, familijs, vtriusq; sexus, quae sitis & inquirendis, seu
 omnibus quae dici, vel scribi, intrinsecus seu extrinsecus pos-
 sint, pertinentijs & utilitatibus. Et vt haec nostra traditionis
 auctoritas stabilis & inconulsa permaneat, hanc chariam inde
 conscriptam manu propria roborantes sigillisq; nostri impres-
 sione insigniri iussimus Data Nonis Nouembris, Indiēt. i. Anno
 Dominica incarnationis M V. Anno vero Domini
 Heinrichi, Secundi Regis IV. Actum Werdæ
 In Dei nomine feliciter.



SVPER